SYNOPSIS ACTORUM in negotio CURLANDIÆ, & SEMIGALLIÆ,

Anno Domini 1726.

VARSAVIÆ
Typis S. R. M. Scholarum Piarum.

RATIONES
Contra prætensionem Electionis & successionis Eventualis novi Principis Curlandiæ, in secundaria Conferentia cum Principe Dolhoruki, *Datæ Varsaviæ, Die* 13. *Ianuarij* 1726.

I. QUia stante vita Principis Ferdinandi, de successore cogitare non licet, in præjudicium Sacræ Regiæ Majestatis D.N. Clementissimi tanquam

quam directi Domini, totiusq; R blicæ, cui simul ac Sacræ R.M. hæcc Curlandia cum tota Livonia, Regnante protunc p.m. SIGISMUNDO AUGUSTO Rege, per Pacta subjectionis sese subdidit, corporiq; Reipublicæ se adjunxit & incorporavit, plenariè & in ævum prout idipsum Pacta subjectionis atq; Privilegium desuper statibus ijsdē Livoniæ & Curlandiæ à dicto Rege Sigismundo Augusto datum fusiùs exprimunt & testantur: Quodq; postea Juramentum Regis AUGUSTI, tum Juramentum Magistri Curlandiæ Gottardi Kiettlerij atq; Juramenta omnium Ordinum tam Curlandiæ quàm Livoniæ confirmârunt & solidarunt; ubi hæc clausula per expressum ab Ordinibus est adjuncta:

"Promittimus & Juramus, quod ex-"nunc & deinceps fideles & obedien-

tes

„imus Serenissimo Principi Do-
„mino Domino SIGISMUNDO AU-
„GUSTO Regi Poloniæ Domino &
„Hæredi, ejusq; Successoribus Regibus
& Regno Poloniæ, Magnis Ducibus,
& Magno Ducatui Lithvaniæ; S. R. M.
Regno ac Ducatibus assistemus necnon
„ejus successoribus, contra quoslibet
„inimicos, *quibus cum nullos Tractatus,
nulla Fædera, Inducias, aut Contractus
faciemus sine suæ Regiæ Majestatis con-
sensu, & approbatione.* Et ulterius in
eodem Juramento: *Omnemq; Machi-
nationem, qua practicari suboleverimus,
in præjudicium Regiæ Majestatis & Du-
calis Dignitatis custodiemus, præcavebi-
mus, & pro posse Nostro summa fide
impediemus.*

2do. Quia etiam post mortem Prin-
cipis Curlandiæ & Semigalliæ non li-
cet cuiquam Principum Externorum
negotijs Curlandiæ sese immiscere, tan-
quam

quam vero Fundo Directi utilis D[illegible]nij Sacræ R. M. & Reipublicæ, atq; immittere falcem in alienam messem? nam taliter inferretur vis Juribus Feudorum non modo Regum Poloniæ & Reipublicæ, sed etiam totius Europæ; prout id suo tempore deduci potest nō tantum Jure communi Gentium, verum etiam Historijs, Exemplis & continuo usu, tā apud nos in Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lithvaniæ, quam & in alijs Externis Dominijs practicatum: quod scilicet tales successiones cesserint Directo Domino & Reipublicæ, uti patet plures Provincias & Palatinatus post extinctum Jus feudale, Regno & Magno Ducatui Lithvaniæ per Rempublicam incorporatas esse exstat recens exemplum in Sylesia, ubi post decessum Principum Brigensium adhuc de Linea Piastorum procedentium, ultimorum, Imperator

Ro-

anorum Leopoldus Lignitzium, g & Olaviam non alicui externorum dit, ſed ipſemet accepit, ac Syleſiæ incorporavit; quaſi proximus quisq́; ſibi. Reperiet & Sereniſſimus Czarus in Monarchia ſua paria exempla; quod Sereniſſimi ſui Prædeceſſores in ſimilibus pariter proceſſerint, dum tales ſucceſſiones ipſimet acceperint Dominijsq́, ſuis incorporârint.

3tio. demonſtratur evidenter, quantum per hanc Sereniſſimi Cżari, favore Margravij Brandeburgenſis promotionem commoverentur omnia Moſchorum Pacta cum Regno Poloniæ ſtabilita, utpote Pacta Polanovienſia antiquiora ac recentiora perpetuæ pacis & Fæderis; Tractatus Grzymultovianus Articulo 1mo. item Articulo 2do. 5to. & 8vo. ubi clariſſimè de Livonia ſcribitur, circa verò Livoniam Curlandia obtinet locum; hoc enim

utrum

utrumq; simul Sacræ R. M. & Reipublicæ subjectum est; item Articulo 23. 24. Tum secundarius Tractatus Dzilynij, Articulo 1mo. & Articulo 5to, vigore cujus Tractatûs tota Livonia, Sacræ R. M. & Reipublicæ cedere ac restitui debet. Et ecce loco restitutionis Livoniæ, impedimenta ad Curlandiã S.R.M.& Reipublicæ proprietatem, struuntur, injustæq; prætensiones implicantur.

4to. Tantæ fuit circumspectionis Respublica, ut hunc casum Caducitatis statim viginti septem Annis à subjectione Statuũ Curlandiæ & Magistri Ordinis Theutonici, per Constitutionẽ Anni 1589 vigore directi Dominij disposuerit: Cui ordinationi nec Princeps, nec status neq; nobilitas Curlandiæ sese opposuerunt, dum expost tota Curlandia

For-

ormulam Regiminis à Commiſſarijs S. R. M. & Reipublicæ, ad faciendum bonum Ordinem, cognoſcendasq; protunc differentias quæ Principem inter & ſtatus Curlandiæ cum Nobilitate intercesſerant, acceptaverit; & juxta eandem Formulam Regiminis hucusq; ſeſe gerit & gubernatur, dum in omnibus cauſis ſuis per appellationem venientibus, tam Principes, quàm Nobilitas in Judicijs Relationum S. R. M. à Rege & Senatu judicabantur, & actualiter judicantur. Reperitur etiam punctum in Formula Regiminis: *Con-,,ventus publici ſingulis bienniјs Mita-,,viæ celebrentur, ad quos ſinguli diſtri-,,ctus, poſtquam Articulos deliberatori-,,os nacti fuerint, Nuntios ſuos cum ſuf-,,ficienti poteſtate ablegabunt.* Et ulterius. ,,*In quibus Conventibus nihil decerne-,,tur, quod Pactis ſubjectionis funda-*

 men-

„*mentalibus & Ducalibus, investitu*
„*& hujus Regiminis formæ, aut Ordi-*
„*nationi ſit contrarium; horum enim O-*
„*mnium æterna Authoritas eſſe, & ob-*
„*ſervari debebit.* Hic verò contrari-
„um evenit, quia Diſtrictibus non eſt
„intimata Materia, de qua deliberan-
„dum eſſet, vel ſuper quid ſtatus Cur-
„landiæ eſſent daturi deliberationes
ſuas; nec obſervatæ ſunt conditiones in Forma Regiminis, quod ſcilicet in illis Conventibus nihil attentare deberent, quidquid pactis ſubjectionis fundamentalibus & Ducalibus inveſtituris contrarium foret. Hæc eadem Forma Regiminis ulterius in ſe continet: quod Princeps Curlandiæ, in caſu alicujus neceſſitatis poſſet extraordinarium Couventum aſſignare, communicato tamen prius Conſilio cum Conſiliarijs, non verò aliquis alius, vel extra-

neus Monarcha. Superadditum eſt & hoc in eadem Formula, quod caſu quo Princeps Curlandiæ ejusmodi cõventum indicere recuſaret, tunc authoritate Majeſtatis Regiæ indicetur. In hac ipſa Formula Regiminis omnia gravamina protunc ſunt abolita: Finaliter formula Juramenti novi conſtituta, quam tunc temporis Nobilitas & Status Curlandiæ præſtiterunt, atq; ad præſens præſtant: Ego NN. Juro NN. Curlandiæ & Semigalliæ &c. Du-
„ci, ejusq; Succeſſoribus inveſtitis, &
„ſi horum nullus ſuperfuerit, Sereniſſi-
„mo ac Potentiſſimo Principi ac Do-
„mino D. SIGISMUNDO III. Polo-
„niæ Regi, illiusq, Succeſſoribus Regi-
„bus & Inclyto Regno Poloniæ, Ma
„gnoq; Ducatui Lithvaniæ, tanquam
„non ſolum Supremis ac Directis, qua-

,les nunc ſunt, *ſed etiam utilibu.*
,*immediatis tunc futuris Dominis meis,*
tam uti cæteri Regni indigenæ, ſubditus,
fidelis & ſubjectus eſſe: Ejus Illuſtritatis
"commoda & emolumenta quærere,
,,& promovere, omniaq; Terrarum &
,,Incolarum Illuſtritatis ejus, quantum
,,per me fieri poteſt, damna & incom-
,,moda præcavere, amovere, præveni-
,,re, uti fidelem & probum ſubditum
,,decet, ſemper velim; qua in re nihil
,,quidquã, quod humano ingenio exco-
,,gitari poterit me impediet; ſic me DEꝰ
adjuvet, & Sancta Chriſti Paſſio. Ex
hoc igitur Juramento evidenter patet,
Status Curlandiæ ejusq; Nobilitatem
nullum ſibi Jus reſervâſſe, ſed per o-
mnia Reipublicæ ſeſe ſubmiſiſſe, tam
vivente ac ſub tempus Dominij Prin-
cipis Curlandiæ, quam etiam poſt fa-

illius, extincto Jure Feudali ejusdem lineæ, ipſos abſolutè S. R. M. & Reipublicæ pertinere, neq; Principem Novum poſtulare poſſe; imo argumẽtando à majori ad minus, ſi nulli Senatorum ac Nobilium in Regno & Magno Ducatu Lithuaniæ annexisq; Provinciis, ſtante vita Regnantis de futuro Rege cogitare licet, cum id Legibus Regni expreſſe vetitum ſit, ne de futuro Regnante in vita Regis aliquid ſtatuatur. Item prohibitum eſt ne Privilegia Bonorum, ſtante vita Poſſeſſorum extradantur; imo juxta Leges Noſtras, Diſpoſitiones de ſucceſſionibus futuris privatarum fortunarum ſunt nullitatis, & ſemper à Tribunalibus caſſantur; Quomodo utiq; Sacra Regia Majeſtas & Reſpublica permittere poſſent aliquam ſtante vita Principis Curlandiæ Electionem? & quidem contra di-

dispositionē Constitutionis Anni 15 tum qualiter status & Nobilitas Curlandiæ, subditi Sacræ Regiæ Majestatis, qui non sunt Juris sui, sed subjecti Potestati Regiæ & Reipublicæ, uti Juramentum ipsorum testatur, illud audere possent? ne incurrant in crimen læsæ Majestatis, Perduellionis & perjurij. Itaq; id omne, quod in Curlandia attentatū est, pro irrito, invalido, nullitatiq; subjecto cēsetur, nec à Sacra Regia Majestate, nec à Republica approbationem aliquam consequi potest, vel unquam poterit; propter præfatas aliasq; multas rationes, exinteresse Status Reipublicæ provenientes. Quæ rationes, quod apud Sacram Cæsaream Majestatem invenient debitam considerationem & acceptationem, prout minimè dubitari potest, ita, casu quo receptæ non essent, sed illis in contrarium

Pa-

rumq; perpetuis ac temporalibus, aliquæ prætenſiones ad Curlandiam formari, & continuari deberent, Reſpublica multò juſtiùs, quàm Princeps Legatus Plenipotentiarius: (ut in diſcurſu ſuo ad primam Conferentiam habito expreſſit) injuriæ ſibi ducere, menſurasq; ſuas ſumere neceſſitate foret: Quamvis coram Univerſo Orbe proteſtetur, prædicta Pacta in omnibus Punctis ac amicitiam cum Czarea Majeſtate Fæderatam inviolabiliter adinvicem & in perpetuū manutenere velle.

IN-

INHIBITIO

Sacræ Regiæ Majestatis Per Generosum NAKWASKI

Capitaneum Ciechanoviensem Statibus Curlandiæ, ne divulgatũ Congressum particularem celebrare præsumant, intimata.

AUGUSTUS II. &c.

GEnerosis Supremis Consiliarijs, Majoribus & Minoribus Capitaneis, ac Universæ Nobilitati Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam.

Ge-

Generoſi fideliter Nobis dilecti. Cum non ſolum publica Fama, divulgatiq; rumores ſed & certæ quædam relationes id deferant, ac ſi fidelitates Veſtræ prætextu abſentiæ in hactenus à Ducatibus Ducis Ferdinandi Homagijq; ejus non redditi ſeu alia quavis palliata ratione, meditentur & moliantur, contra Jura Suppemi Dominij Noſtri & Reipublicæ Conventum privatum ſibi inſtituere & formare velle; idq; non obſtante Noſtra remiſſione & ſuſpenſione deſideriorum fidelitatum Veſtrarum ad imminentem Comitiorum Regni Generalium Grodnæ celebrandam reaſſumptionem, ex ea potiſſimum cauſa, quod priori gratioſa conceſſione Noſtra & indictione Conventûs, fidelitates Veſtræ ſint abuſæ, præſcriptum & norem Univerſalium Literarum Noſtrarum excedendo, & in materiam

ſucceſſionis eventualis ſeſe indebitè in grediendo. Proinde fidelitates Veſtr ſuper præmiſſis jám antecedenter legitimè monitas, præſentibus literis Noſtris iterum ſerio monemus; ipſisq; inhibemus & interdicimus, ne quidquam hac in re attentare, neq; aliquem Conventum particularem privatum ſibi inſtituete & indicere ſubquocunq; prætextu ptæſumant. Quem quidem Conventum conceſſimus & concedere poterimus, prævia certudine ſidelitates Veſtras facultatem Noſtram in Celebratione hujusmodi Conventus non exceſſuras. Siquid autem contra haſce prohibitiones Noſtras Fidelitates Veſtræ attentaverint, id totum, uti Pactis ſubjectionis, Conſtitutionibus & & Juramento fidelitatis conrrarium pro irrito, invalido, & non exiſtenti declaramus. Renovamus inſuper Noſtras

ſtras attentiores inhibitiones, ne fidelitates Veſtræ in tam magni momenti publico negotio Eventualis horum Ducatuum Principis Vacantiæ, & ad Regnum Noſtrum devolutionis, aliquas cointelligentias & correſpondentias præcipuè cum exteris habere & quidquam attentare audeant. Facturæ ſunt præmiſſa fidelitates Veſtræ pro Gratia noſtra pro fidelitatis ſuæ Juratæ exacta obſervantia, & ſinſecus quidquam attentare auderent ſub gravi indignatione noſtra irremiſſibiliq; Legum rigore. Datum Varſáviæ die 8va Menſis Junij Anno Domini MDCCXXVI. Regni vero Noſtri XXIX Anno, AUGUSTUS REX Locus Sigilli Minoris Regni, Locus Sigilli Minoris M. D. L. Andreas Franciſcus CICHOCKI Sacræ Regiæ Majeſtatis Secretarius *mp.*

DO-

DOCUMENTUM
Intimatæ Inhibitionis supradictæ &c.

MAgnificum ac Generosum Dominum Josephum NAKWASKI Capitaneum Ciechanoviensem, Inhibitorium quoddam à Sacra Regia Majestate Poloniæ Domino Nostro Clementissimo de data Varsaviæ, die 8vo Mensis Junij, Anno millesimo septingentesimo, vigesimo sexto, de non instituendis & non in dicendis Conventibus, nec de se non ingerendo in materiam successionis Eventualis, die 21. Junij, Anno Currentis Magnificis ac Generosis Dominis Consiliariis Supremis Regentibus, ad manus proprias tradidisse, idq; Rescriptum Regium hodierno die pro ulteriori custodia, quotiescun-

tiesq́ue visum fuerit necesse, ut & iterum producatur, Cancellariæ Ducali commissum esse. Ad mandatum sub appressione Sigilli Ducalis, subscriptioneq́; hac solita testor. Datum Mitaviæ, die vigesima quarta Junij Anno 1726.

Hennericus Zentarove
Proto-Secretarius.

L. S.
Ducalis
Curlãdiæ

Man-

MANDATVM
Pro Judicijs Curlandicis in Menſe Octobri proximo Grodnæ celebrandis &c.
AUGVSTUS II.
DEI Gratiâ REX Poloniæ &c.

VObis Generoſis Henrico Chriſtiano de Brincken, Landhoff Magiſtro, Joanni Henrico Keyſerling Cancellario, Adamo Kośćiuſzko Oberburgrabio, Ebenhardo Philippo de Bruggen Land-Marſchalco Conſiliarijs Supremis, tum Joanni Erneſto de Ronne Selburgenſi, Caſimiro Chriſtophoro Brackel, Mitavienſi, Carolo Firks Goldirigenſi, Philippo de Hahn Tucumenſi, majoribus & alijs minoribus Capita-

ta-

taneis, necnon Joanni Chriſtiano Sacken prætenſo Marſchalco cujusdam Congreſſus - - - Korff Plenipotentiario Provinciali Georgio Rek, Friderico Klopman, Joanni Erneſto Nolde Ottoni Eobaldo Sacken, Friderico Caſimiro Heyking, Henrico Joanni Brincken, Benedicto Henrico Heyking, Eberhardo Chriſtophoro de Medem, Erneſto Adolpho Heyking, Hermano Carolo Keyſerling, Gotthardo Friderico Lòében, Gedeoni Saſſ, Ottoni Chriſtophoro Hoven, Erneſto Chriſtophoro Bruggen, Erneſto Joanni Buttler, Georgio Chriſtophoro Medem, Sigiſmundo Korff, Chriſtophoro Wiegant, Vilhelmo Henrico Schroders, Franciſco Chriſtophoro Nottelhorſt, Friderico Aſcheberb, Carolo Joanni Erneſto Ronne, Joanni Funk, Hẽrico Joanni Gothus, Hyeronymo Brunckein Friderico Sackien, Geogio Joanni

anni Keyſerling, Nicolaum Vilhelmo Stempel, Deputatis, totiq; Equeſtri Ordini Curlandiæ & Semigalliæ Ducatuū ſeu ex Vobis Principalibus motoribus Authoribus & primarijs, ad infraſcripta attentata concurrentibus cooperatoribus de nominibus & cognominibus in Termino ſpecificandis, quos magis actio præſens afficit de perſonis, causâ infraſcriptâ, Bonisq; Veſtris generaliter omnibus mandamus, ut coram Nobis & Judicio Relationum Noſtrarum propriarum Grodnæ, aut ubi tunc cum Curia Noſtra feliciter conſtituti fuerimus, à poſitione præſentis citationis Noſtræ in ſex ſeptimanis, ſeu aliàs futura Juridica Cauſarum Curlandicarum, menſe Octobri, Anno præſenti celebranda, tum, dum & quando cauſa præſens ex Regeſtro publico Judiciali acclamata ad Judicandum inciderit

derit, & q[illegible]em Vos qui ſupra ſpecificati de cognominibus eſtis, perſona-[illegible]'ij verò per legitimos Plenipot[illegible] & mandatarios peremptoriè compareatis; Ad Inſtantiam Generoſorum Inſtigatorum & Vice Inſtigatorum Regni & M.D.L. pro munere Officij ſui publici agentium Actorum; Qui Vos hac unica eaq; peremptoria citatione, uti in cauſa Juris Publici citant, pro eo: Quia vos contra Pacta publica ſubjectionis ſuæ cum Sereniſſimo Divæ memoriæ Sigiſmundo Auguſto Rege Poloniæ Anteceſſore Noſtro Anno 1561 inita, & contra Juramentum Fidelitatis Nobis uti Supremo & Directo Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ Domino præſtitum, atq; contra Diſpoſitionem Juris Communis & Diplomatis Incorporationis horum Ducatu-

um Regno Poloniæ Anno 1569 in Comitijs Regni Generalibus Lublini factæ, tum contra Constitutionem Regni Anni 1589, procedendo & Jus quoddam Electionis sibi Ducis Curlandiæ, & Semigalliæ, arrogando & usurpando & ex Directo Dominio Nostro & Reipublicæ, seeximendo necdum exstincta stirpe Illustris: Magnæ recordationis Ducis Gottardi & Filiorũ ejus Friderici Vilhelmi, ac Illustrissimo Ferdinando Duce Curlandiæ & Semigalliæ, ex hac stirpe procedente in vivis existente, post cujus stirpis decessum modo primùm hi Ducatus juxta præscriptum memoratæ Constitutionis Regni 1589. ad Regnum Poloniæ & M.D.L. redire, & illis conjungi debent, æqualiter prout Provincia Livoniæ coadunata est, in qua Provincia hi Ducatus existunt, ausi estis & inconsiderate, imo teme-

temerè præſumpſiſtis, expreſſas Inhibitiones Noſtras in Literis Noſtris ad vos datas, Vobisq; legitimè intimatas, contemnendo, & ipſiusmet Illuſtriſſimi Ducis Inhibitiones Literatorias levipendendo, imo nomen ejusdem Illuſtriſſimi Ferdidandi Ducis ad Literas quasdam per modum Univerſalium inſcio illo conceptas, uſurpando, per easdem Literas editas congreſſum quẽdam privatum ſine conſenſu Noſtro ſibi indicere, Mareſchalcum hujus congreſſus conſtituere, & adinſtar alicujus Particularis Conventus eundem congreſſum peragere, ac in eo de ſucceſſore Duce futuro in his Ducatibus concludere, uti defacto ſpretis Inhibitionibus noſtris eundem Conventum privatum indixiſtis, celebraſtis, ſucceſſorem elegiſtis, Ordinationem Reipublicæ, & Leges *Regis*, ac Pacta primi-

tiva convulſiſtis, cointelligentias hac in parte etiam cum externis habere, aliaq; illicita futuro in Termino latius declaranda & explicanda attentare præſumpſiſtis, quo ejusmodi progreſſu in pænas Legum incurriſtis, easq; ſuccubuiſtis; pro quibus pœnis Criminalibus & perduellionis, ſuper Vobis ſeu quem vel quos magis hæc attentata, onusq; præſentis Actionis afficit, juxta demeritum cujusvis decernendis, tum ad videndum & audiendum, hunc congreſſum ſeu particularem Veſtrum Conventum & prætenſam Ducis Electionem, quam pro nulla iu Literis Noſtris Inhibitorijs jam declaravimus, cumquè omnibus ejus conventus concluſis caſſari & annihilari, Jura Noſtra & Reipublicæ in eosdem Ducatus habita, per Vos læſa, & violata redintegrari, circa primitiva pacta, cum

qui-

quibus in clientelam & defensionem Regum & Reipublicæ Polonæ suscepti estis, conservari & manuteneri, cæteraq; quæ de Jure venerint contra Vos statui, decerni, & Sententiari, in damnis Litisquè expensis Condemnari. Citamini, sitis parituri, Terminum attentaturi, & judicialiter ad præmissa aliaq; latiùs futuro in Termino contra Vos proponenda responsuri. Datum Varsaviæ Sabbatho in crastino Festi Sanctæ Annæ Matris Deiparæ Anno Domini 1726.

L.S. *Minoris Canlarii Regni.*

L.S. *Minoris M. D. Lithvaniæ.*

S.R.S.R.S.

Oblata.

O B L A T A
Videndæ Manifestationis
AUGUSTUS II. DEI Gratiâ REX Poloniæ &c. &c.

SIgnificamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & singulis. Oblatas esse ad Acta præsentia metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas infrascriptas Videndæ Manifestationis, manibus Magnificorum Senatorum Regni die hodierna in Actu contenta subscriptas, Tenoris sequentis. Dabitur Manifestatio nomine infrascriptorum in rem totius Reipublicæ & pro Reservatione Supremi Juris & directi Dominij, quod S.R.M. & Reipublicæ ad Ducatus Curlandiæ

Mæ & Semigalliæ competit, ne aliquod patiatur detrimentum, in & contra omnia & ſingula in his Ducatibus per quoſcunq; tam ab extra, quàm ab intra, ultra mentem S.R.M. & Reipublicæ, imo in convulſionem Legum Regni & Reſcriptorum, præcipuè ultimarij S.R.M., in his Ducatibus recenter attentata & attentanda, Pactis primævæ ſubjectionis & incorporationis Regno Poloniæ horum Ducatuum, ac vinculo fidelitatis contraria, & conceſſioni Feudali, inveſtituris, tum Legibꝰ & Conſtitutionibus Regni & M. D. L. nec non Fæderibus anterioribus & noviſſimis cũ vicinis Potentijs initis repugnantia, in præjudicium S.R.M. & Reipublicæ evenientia, aut eventura, ſuo loco & tempore explicanda, cum protestatione de nullitate eorundem omnium & ſingulorũ attẽtatorũ; & attentandorũ

ſtante

ſtante vita Legitimi Principis Illuſtriſſimi Ferdinandi Ducis Curlandiæ & Semigalliæ; prout latius in parata Copia eadem Manifeſtatio porrigetur. Andreas de Lubraniec Dąmbſki Palatinus Breſtenſis Cujaviæ *mp.* Joſephus Sołtyk, Cáſtellanus Bełzenſis *mp.* Caſimirus Rudźinſki Caſtellanus Czernen: *mp.* J. Mniſzech Supr: Regni Mareſchalus J. Szembek Supr: Regni Cancellarius. Joannes Lipſki Procancellarius Regni. Joannes Georgius Przebendowſki Supr: Regni Theſaurarius. Quas ejusmodi Literas videndæ Manifeſtationis, ſic ut præmiſſum oblatas, Nos ad Acta præſentia ſuſcipi, inſcribi, & ex ijsdem fideliter deſcriptas Parti poſtulanti authenticè extradi permiſimus. Actum & Datũ Varſaviæ Feria 5ta ante Feſtum S. Margaritæ Virginis & Mart: proxima, die ſcilicet 11. Julij Anno Domini 1726

MANI-

Manifestatio Procerũ Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithvaniæ contra Actum Curlandium Congressu illicito die. 26 Iunij 1726. formatum.

EXperimento tristi compertum est Respublicas Majores minoresvè tamdiu stare, quamdiu à Veterum Institutis non recedant, fundamentalibusq; primævæ Originis vel accessionis suæ legibus innitantur: Postquam verò pertæsæ status antiqui quidpiam novi moliantur, vel cupido novandarum rerum, aut fatalis voluptas pereundi innumerabilibusq; sese tricis implicandi incesserit earum Animis, necessariò cadere ac succumbere. Probè experti

ſunt Ducatus Curlandiæ & ſemigalliæ, quid ad felicem illorum ſtatum hucusq; contulerit, poſtquam felicibus Anteceſſorum noſtrorum Armis, ſub Auſpicijs Sereniſſimorum Sigismundi Auguſti, Stephani Bathorei, Sigismundi Tertij, Subſequentiumq; Regum Poloniæ ab interitu vindicati, à quavis hoſtili impetitione protecti, pari Nobiſcum proſperitate gloriari aſſveverunt: Quod ſi quandoq; contigerit minora votis perferre, communem Regnorum ſortem inſtabilis fortunæ miſerati inter tempoſtates procellasq; bellorum fluctuare poterant non mergi, ubi coadunati Reipublicæ Noſtræ nec perire nec ſalvi niſi una eſſe debuerant. Iam quod ſuperi avertant, navigium hoc quod cum Respublica Noſtra ſtrictè unitum feliciter hucusq; vehebatur, verendum, ne dividi cæptum naufragium patiatur, quando nuper inſcia ac inconſulta, moltominus requiſita Sacra Regia Majeſtatè & Reſpublica, exiſtente adhuc in vivis Principe ſuo Legitimo, Conventiculum quodpiam ſibi forma-

re

re deq; eligendo novo Principe deliberare, imo actu ausuq; illicito eligere, monitiones Sacræ Regiæ Maiestatis hunc Actum inhibentes respuere, Emissarium Regium Charactere nuntij ad Comitia insignitum non admittere, aliaque contraria Pactis & Fœderibus subiectionis ijdē Ducatus Curlandiæ & semigalliæ obliti beneficiorum Regni hujus attentare ausi sunt. Non commemoramus quomodo Provincia hæc à Gottardo Kiettlero Magistro. quondam Ordinis Theutonici Reipublicæ nostræ se subdiderit subjeceritq;; quomodo à temporibus ejusdem Kiettleri in Obsequio & fide feudali Reipublicæ Nostræ ad hæc usque tempora fidelis permanserit; prætermittimus qualiter interrupta serie in Friderico & Vilhelmo Filijs Gottardi, postea in eodem Friderico & Iacobo ex Vilhelmo Fratre nepote suo, demum in Friderico Casimiro & Ferdinando adhuc superstite Filijs Iacobi Ducis Investituras petierit, obtinueritq;: Leges tantum non nullas tenoremq; Pactorum subiectionis

 addu-

adducere in Animo est, quo luculentius, pateat, immeritò indebiteq; attentatum adeoq; nullius valoris imo damnabile esse, quidquid in novissimo tumultuario Cætu recenter actum est.

Et quidem libet prima verba Tractatus Subiectionis Livoniæ, uti cum Curlandica indivisæ, ejusdemq; naturæ existentis hic inserere, quæ sic sonat. Sigimundus
„ Augustus Cum Terra Livoniæ Nobis
„ ex parte Magni Ducatus Lithvaniæ &
„ vicinitate & multim, partim Antiquis
„ partim novis Pactis & fæderibus devin-
„ cta & consociata jam ab aliquot Annis
„ immanissimi hostis Moschi crudelibus
„ Armis incendijs & Vastationibus propè
„ modum funditus eversa & desolata esset,
„ ita ut extrema quæq; illi imminerent,
„ nec quidquam certius esset, quam quod
„ ad primam quamq; Incursionem illius
„ præpotentis hostis illud quod reliquum
„ tam in diæcesi Rigensi, quàm in Terris
„ Magistri Ordinis Theutonici fuerat si-
„ milibus cladibus excinderetur & in du-
„ rissimâ

,, riſſimam ſervitutem hoſtilem veniret.
,, Quemadmodum jam magna pars propter
,, multarum Civitatum, Arcium, Propugna-
,, culorum amiſſionem venerat, & ob ma-
,, ximam in omnes partes depopulationem
,, vaſtitatemq; ferro & igni in allatam &
,, propter quotidianas incurſiones, magnumq;
,, hoſtis ad ejus reliquias Occupandas appa-
,, ratum, ad eam anguſtiam & difficultatē
,, Ordines illius redacti eſſent, ut nequa-
,, quam Opibus Viribusq; proprijs ſtatum
,, ſuum defendere, atq; ſe à ſervitute & cru-
,, delitate hoſtili tueri ac vindicare poſſent.
,, Jdeo Illuſtriſſimus & Magnificus Domi-
,, nus Gottardus Equeſtris Ordinis Teuto-
,, nici in Livonia Magiſter, Nobilitas, Ci-
,, vitates Statusq; & Ordines illius univerſi,
,, dum & omnia Domeſtica, conſilia ſua
,, convulſa, & ſe ab aliorum præſidijs præ-
,, ſertim Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, & Statum
,, Romani Imperij deſtitutos animadverterent,
,, à Vicino etiā Rege Sveciæ terra marique pete-
,, rentur, tam ſuo quàm Civitatum, aliorumq;
,, Ordinum Livoniæ ad Dictum Magiſtrum
,, ſpectantium nomine, crebris Internuntijs

„ & Literis præſentem calamitatem & gra
„ viſſimum periculum Nobis expoſuiſſent,
„ multisq; precibus opem & Auxilium No--
„ ſtrum imploraſſent. Nos & commiſera-
„ tione afflictiſſimæ Provinciæ, & amore
„ totius Reipublicæ adducti, & ne barba--
„ rus hoſtis latius pro ſua libidine in po--
„ pulo graſſaretur, dedimus negotium Illu--
„ ſtriſſimo Principi Domino Nicolao Ra--
„ dziwił Duci in Ołyka & Nieſwież Pala--
„ tino Vilnenſi &c: ut iterum in Livoniã
„ properaret, & primo quoq; Rigam pete--
„ ret, ibiq; tam cum ipſo Magiſtro, quam
„ cum illius Ordinibus ac Civitatibus de
„ memoratæ Provinciæ defenſionis ratione tra-
„ ctaret. Cũq; in illis Tractatibus ab omnibus
„ perſpiceretur niſi communibus viribus tã
„ Polonorum quam Lithvanorum defenſio
„ ſuſcipiatur, non poſſe Potentiam hoſtilem
„ reprimi, Polonorum verò Auxilia niſi
„ deditio quoq; ad Regnum Poloniæ non
„ ſolum Magnum Ducatum Lithvaniæ fiat,
„ nequaquam adduci poſſe; Tandem ad hunc
„ extremum caſum, ita ut ſit in rebus deſpe-
ratis

„ratis & præſenti periculo expoſitis deven-„tum eſt, ut de facienda deditione Statue-„rent, eoq; nomine communis profectio tã ab „ipſo Principe prænominato, quàm ab Or-„dinum ac Civitatum Nuncijs ad Nos „ſuſciperetur„.

„ Placeat & alterius Inſtrumenti confir-„matorum Jurium initialem textum de ver-„bo ad verbum exprimere:

„ SIGISMUNDUS AUGUSTUS &c. „Cum Livonia Provincia gravi ac diutur-„no bello Moſchico multisq; cladibus af-„flicta, vaſtata, atq; magna ex parte in „poteſtatem hoſtium redacta eſſet cumq; „& propter multarum Civitatum Arciumq; „& propugnaculorum amiſſionem, & ob „maximam in omnes partes depopulati-„onem vaſtitatemq; ferro atq; igni in ea „allatam, & propter quotidianas incurſio-„nes, magnumq; hoſtis ad ejus reliquias „occupandas apparatum, ad eam anguſti-„am ac difficultatem ordines illius redacti „eſſent, ut nequaquàm opibus viribusque „proprijs ſtatum ſuum defendere, atq; ſe

à ſervi-

„ à servitute crudelitateq; hostili tueri ac
„ vindicare possent. Jllustrissimus ac Reve-
„ rendissimus Dominus Gvilhelmus Archie-
„ piscopus Rigensis &c. ac Jllustrissimus
„ Dominus Gottardus Kettlerus Equestris
„ Ordinis Teutonici in Livonia Magister,
„ Statusq; & Ordines Livoniarum univer-
„ si, & Civitatum Nuntij, dum & omnia
„ dommestica præsidia sua convulsa, & se ab
„ aliorum præsidijs destitutos animadverte-
„ rent, magnam autem spem in Nostro Di-
„ tionumq; Nostrarum auxilio deponerent,
„ matura deliberatione habita, publicoq; &
„ concordi omnium assensu, se, Provinci-
„ amq; suam in fidem & potestatem nostram
„ tradiderunt, ac in perpetuum ditionibus
„ Dominijsq; Nostris ad instar Terrarum
„ Prussiæ adjunxerunt & incorporârunt.
„ Itaq; Nos & Fœderibus & vicinitate con-
„ junctæ Nobis Provinciæ periculo, clade,
„ vastitate, servitute permoti, & pro Chri-
„ stiani Principis Officio pertinere ad fidem
„ Nostram intelligentes, ut homines Pro-
„ vinciamq; Christiani nominis à cede, po-
pulatio-

ılatione, servitute bárbari ac crudelis ɔstis, prohibeamus, eosdem in fidem & ditionem nostram accepimus &c. Faci- „ unt multum ad rem, imó instruunt plu- „ rimum verba illa, quibus Magistratum „ etiam ordinandi, ne dum Principem con- „ stituendi Regi potestas supererat, dum sic „ in Tabulis Conventionum reperitur.

„ Cum nihil Respublicas magis quassa- „ re atq; concutere soleat, quàm legum, „ consvetudinis atq; morum mutatio, Sacra „ Regia Majestas benè constitutas Respu- „ blicas, hac ratione non modo servandas, „ sed collapsas restituendas prudentissimo „ atq; verè Divino consilio censuit, quod „ Principibus, Nobilibus, Civitatibus atq; „ Statibus Livoniæ promiserit, non solùm „ Magistratum Germanicum, sed & Jura „ Germanorum propria concessuram &c. „ Jàm quod attinet ipsam Curlandiam Se- „ migalliamq; Incorporationēq; horum Du- „ catuum ad Regnum Poloniæ, verba ple- „ næ subjectionis in hunc sonant modum. „ SIGISMUNDUS AUGUSTUS &c. Si-

F gnifica-

,, gnificamus &c. Quod cum Jllustris Do-
,, minus Gottardus in Livonia, Curlandiæ
,, & Semigalliæ Dux, Generosos Frideri-
,, cum à Kunicz, & Michaëlem à Brunow
,, Consiliarios & Senatores suos ad Nos.
,, Regniq; Nostri Ordines cum certis man-
,, datis ablegavisset, atq; hi ipsi literis fidei
,, suæ Plenipotentiæ prædicti Jllustris Do-
,, mini Ducis demonstratis, id sibi ab Jl-
,, lustritate sua injunctum dicerent, quo No-
,, mine Jllustritatis à Nobis Regniq; Ordi-
,, nibus postularent, ac enixè peterent, ut
,, quoniam negotium unionis Regni Nostri
,, cum Magno Ducatu Lithvaniæ ad salu-
,, tarem finem exitumq; optatum jàm pri-
,, dem DEO immortali adjuvante perdu-
,, xissemus, tempusq; adesset, quo Livoniæ
,, quoq; à barbaro & truculento hoste ma-
,, jorem in modum populatæ & afflictæ,
,, per Nos aliquando consuli possit, subje-
,, ctionem Jllustris Domini Ducis & subdi-
,, torum ejus, de communi sententia atq; as-
,, sensu omnium Ordinum Regni cum Du-
,, catu Lithvaniæ uniti acceptaremus; Nos
etsi

memoria tenebamus, superioribus an-
,, nis, quo tempore ab Ordinibus Livoniæ
,, crebris literis atq; Nuntijs ad eam ipsam
,, subjectionem acceptandam sollicitaremur,
,, sortem illius Provinciæ atq; calamitatem
,, miseratos, hanc ipsam privatim ex Perso-
,, na Nostra in fidem atq; protectionem No-
,, stram suscepisse, tamen & illud etiam me-
,, minimus, cum prædicta subiectio præsen-
,, tiam Senatûs Polonici ac pleniorem de-
,, liberationem requireret, rejecisse Nos hu-
,, jus ipsius rei tractationem in tempus ali-
,, ud ad eam efficiendam commodius; Quod
,, cum se Nobis obtulisset faciendum esse exi-
,, stimavimus, flagitantibus præsertim Jllu-
,, stris Domini Ducis Plenipotentibus, & uni-
,, one Regni cum Magno Ducatu Lithva-
,, niæ absoluta & perfecta, & ejus Jllustri-
,, tatis subjectionem per supradictos Pleni-
,, potentes Jllustritatis ejus Nobis delatam,
,, de consensu & voluntate omnium Ordi-
,, num Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ
,, ita, ut ante dictum est, uniti, in præsen-
,, tibus Regni Comitijs acceptaremus, quem-

„ admodum præſentibus literis Noſtris
„ ceptamus. Ipſum Jlluſtrem Principem in
„ fidem & clientelam Noſtram, Regniq;
„ Noſtri, cum omni Ducatu & Ditionibus
„ Jlluſtritatis ſuæ, publico Regni cum Ma-
„ gno Ducatu Lithvaniæ uniti nomine reci-
„ pimus, nimirum ut ab eo tempore in po-
„ ſterum Jlluſtritas ſua ejusq; Hæredes cum
„ Ducatu Curlandico Semigallicoq;, Regno
„ Noſtro cum Ducatu Lithvaniæ unito
„ tanquam uni & indiviſo corpori perpe-
„ tuis temporibus ſubijciatur & incorpore-
„ tur, ac in clientela & defenſione Noſtra
„ & Regni cum Magno Ducatu Lithvaniæ
„ uniti permaneant. Speramus autem Jl-
„ luſtritatem ſuam & ejus Jlluſtritatis Po-
„ ſteros in ea fide, voluntate, ſubjectione,
„ quam Nobis Regnoq; cum Ducatu Lithva-
„ niæ unito per ſupràdictos Plenipotentes
„ detulerunt, conſtanter permanſuros, &
„ firmiter perſeveraturos. &c.

Id verò tanquàm directè caſui auſuiq; contrarium haud ſilentio præterire poſſumus, quod ijſdem Pactis ſubjectionis

cau-

cautum circumscriptumq; reperitur, his
plane expressis verbis: Conventus publi-
ci singulis biennijs Mittaviæ celebrentur,
„ ad quos singuli Districtus, postquàm Ar-
„ ticulos deliberatorios nacti fuerint, Nun-
„ cios suos cum sufficienti potestate able-
„ gabunt. In quibus Conventibus nihil de-
„ cernetur, quod Pactis subjectionis funda-
„ mentalibus & Ducalibus, Investituris &
„ hujus Regiminis formæ aut Ordinationi
„ sit contrarium horum enim æterna Autho-
„ ritas esse & observari debebit. Si ta-
„ men Princeps ejusmodi Conventum in-
„ dicere recusaverit, Authoritate Regiæ Ma-
„ jestatis is indicetur".

Quid memoramus Juramenti formam à Nobilitate suo Principi præstiti semper præstandiq; cujus tenor est talis: Ego NN. Juro NN. Curlandiæ & Semigalliæ Duci,
„ Ejusq; Successoribus investitis, & si horũ
„ nullus supresuerit Serenissimo ac Potentissi-
„ mo Principi ac Domino. Domino Sigis-
„ mundo Tertio Poloniæ Regi, illiusq; Suc-
„ cessoribus Regibus, & Inclyto Regno

„ Poloniæ & Magno Ducatui Lith
„ tanquam non Solum ſupremis ac direct
„ quales nunc ſunt, ſed etiam utilibus &
„ immediatis tunc futuris Dominis meis, tam
„ uti cæteri Regni Indigenæ ſubditus fidelis-
„ & ſubiectꝰ eſſe, Ejus Illuſtritatis commoda
„ & emolumenta quærere & promovere,
„ omniaq; Terrarum & Incolarum Jlluſtri-
„ tatis ejus, quantum per me fieri poteſt
„ damna & incommoda præcavere, amo-
„ vere, prævenire, uti fidelem & probum
„ ſubditum decet, ſemper velim, qua in re
„ nihil quidquam quod humano ingenio
„ excogitari poterit, me impediet. Sic me
„ DEUS adjuvet & Sancta CHRISTI PAS-
„ SIO.

Juramento ſic conſcripto, Majorum Noſtrorum cautela non permiſit, quin etiam pœnas In ſeditioſos Religioniq; Pactorum Refractarios ſingulari lege ſtatueret; quæ quidem lex tenoris eſt talis:
„ His ita conſtitutis, illud poſtremo adijci-
„ endum duximus, ut cum omnia, quæ hac
„ formulâ Regiminis continentur, Pactis

pri-

primævæ ſubjectionis hujus Provinciæ Ju-
„ ribus aliorum Principum Vaſallorum Feu-
„ dali Titulo Provincias in Republica Po-
„ lona poſſidentium, atq; adeò ipſi æquita-
„ ti & juſtitiæ ſint conformia, ea dein-
„ ceps ſub pœna Decreti Comitialis Anno
„ ſuperiore lati, tùm & alijs Sacræ Regiæ
„ Majeſtatis arbitrarijs obſerventur, debitæq;
„ executioni à ſuis Magiſtratibus demanden-
„ tur.

Jàm verò id totaliter omittere non poſ-
ſumus, quod pro conclusione Tractatûs,
velut pro rei totius cardine Pactis ijſdem
adjectum reperitur in hæc formalia: In-
„ ſuper omnes ex æquo in eam curam in-
„ cumbant, quo pacatus tranquillusq; hu-
„ jus Ducatus Status permaneat, qui cum
„ inſtar propugnaculi contra finitimos uni-
„ verſæ Reipublicæ hoſtes ex hac parte eſ-
„ ſe debeat, omnes concordibus animis ſtu-
„ dia ſua ad ſalutem ejus certatim & ala-
„ criter conferant, Jlluſtri Principi ſuo, ac
„ illius legitimis in Feudo Succeſſoribus,
„ obedientiam honoremq; exhibeant, Fidei

Re-

,, Regiæ Majeſtati & Reipublicæ Polo-
,, datæ memores ſint, ſi omni felicitate Pa-
,, triam ſuam florere, ita ac debent, per

Quæ Omnia ſecus nunc recenter cum è diametro hiſce hicceq; contraria ſint, Nos proceres Re Magni Ducatus Lithvaniæ ad Latus Regiæ Maieſtatis Domini Noſtri Clementiſſimi nunc præſentes, de nullitate cujus libet Actus noviſſimi Directo Dominio Sacræ Regiæ Majeſtatis & Reipublicæ repugnantis, Pacta Subiectionis & Diplomata Incroporationis ad Rempublicam horum Ducatuum infringentis Iuramentum Fidelitatis per Anteceſſores ſuos ac ſemetipſos præſtitum tollentis, aliaq; inſolita, illicita, vetita & punibilia attentantis, Noſtro & totius Reipublicæ Nomine, ac de inſubſiſtentia eorundem attentatorum & attendandorum, iterum atq; iterum manifeſtamur & proteſtamur, Compagemq; hanc multorum Annorum ſudore imo Sangvine coalitam, ſine exitiò Convellentium convelli non poſſé palam

atte-

attestamur, ac præsentem Manifestationem & protestationem manibus proprijs subscriptam, Actis Metrices Regni, quibusvis alijs Authenticis inscribi committi. Salva ejusdem Manifestationis augendi, corrigendi pleno in robore reservata facultate. Datum Varsaviæ Die. Mensis Anno Domini. 1726.

I. Mnißech Supremus Regni Marcschalcus.

Ioannes Lipski Procancellarius: Regni.

M. Princeps Czartorynski Procancell: M. D. L.

Franciscus Załuski Palatinus Płocensis. mp.

J. Przebendowski Supremus Regni Thesaurarius.

Stanislaus Ciołek Poniatowski Supremus Magni Ducatus Lithvaniæ Thesaurarius.

Franciscus Belinski Palatinus Culmensis. mp.

Stanislaus Chomentowski Marescalcus Curiæ Regni mp

Translatio Literarum Supremorum Consiliariorũ Curlandiæ ad S. R. M. Mittaviæ die Julij 1726. Datarum.

SERENISSIME &c. &c.

NOn latebit Majestatem Vestram Sacratissimã, qualiter in proximo extraordinario Congressu, pro

pro Ratione Jurium Nostrorũ fundamentalium, Celsissimum Principem Mauritium Comitem Saxoniæ in Successorem Eventualem Ducatus Curlandiæ elegerimus, reservatâ approbatione S. R. M. Vestræ. Peracto eodem extraordinario Congressu advenit huc Petersburgo Princeps Dolhoruki, Intimus Consiliarius suæ Imperatoriæ Majestatis Russiæ, obtulitque Nobis Supremis Consiliarijs Credentiales, uti in annexa Copia, exindeque exposuit Serenissimam Russiæ Imperatricem Principalem suam hãc Principis Mauritij Electionem

ægrè ferre eandemque omni Vi impedire velle: Dein supervenit huc etiam *Die* 10 *Iulij*. Princeps Mężykow pariter mentem Serenissimæ Imperatricis aperiens. Tandem Princeps Dołhoruki cũ minis & sub Indignatione Imperatoriæ Majestatis, id à Nobis, ut ex annexa Copia patebit, postulavit, quod Nos salvâ cõscientia contra Juramentum Nostrum facere nequivimus. Nil profuerant omnes remonstrationes nostræ, quod scilicet à S. R. M. Vestra Nobis vetitum sit, ne aliquas cum externis potentijs cointelligentias vel

i correſpondentias ineamus; tum quod jam ad S. R. M. Veſtram pro approbanda eventuali Succeſſione Celſiſſimi Prinçipis Mauritij miſerimus; qua de cauſa minantur Nobis ruinæ totius hujuſce Regionis. In his circumſtantijs recurrimꝰ ad Sacratiſſimum Thronum Majeſtatis Veſtræ, devotiſſimè precantes, velit clementer hunccè Ducatum atque nos omnes in illis periculis quæ nobis minantur non modo tueri, verùm etiam mentem ſuam ulteriorẽ per hunc Emiſſarium benignè aperire, qua methodo in his circumſtantijs & anguſtijs exi

ſtentes procedere debeamu qui perpetua Fide obſtricti mori volumus &c.

Majeſtatis Veſtræ.

Subditi &c. &c.

COPIA

CREDENTIALIUM

DEI Gratia Catharina Imperatrix & Domina totius Ruſſiæ &c.

GEneroſis Ducatûs Curlandiæ & Semigalliæ Supremis

ijs, Capitaneis, ac toti Nobilitati, Noſtram ſalutationem. Generoſi ſingulariter Nobis dilecti: Poſtquam Fideli Noſtro Intimo Conſiliario Principi Baſilio Dolhoruki, in quibusdam negotijs Noſtris quæ conſervationem Ducatûs Curlandiæ & Semigaliæ concernunt, inſtructionem dedimus, quatenus Generoſitatibus Veſtris aliquas remonſtrationes faceret, cum illiſque hac in parte componeret, conſequenter expeditur ad Generoſitates Veſtras præſens benevolum deſiderium Noſtrum ut præfato Intimo Con-

Consiliario Nostro in ijs omn bus, quæ ipsis nomine Nostro exponet, cum ijsdemq́; constituet, & concludet, plenam fidem acsi Nobismet ipsis tribuant. Speramus Generositates Vestras Nostram Intentionem & consilium inpræsenti negotio, tali methodo ad effectum deducturas, quà id Nobis pretio vicinæ Amicitiæ à Generositatibus Vestris polliceri, ac promittere possumus; Nos verò quod reliqvum est Generositatibus Vestris, Supremis Consiliarijs, totiq́; Nobilitati ac Incolis prospera quæquè à DEO Supremo Domino

nino circa Imperatoriam benevolentiam apprecando, manemus addicti. Datum Peterburgi die 23 Julij 1726.

Catharina

Comes Gołofkin.

Seqvuntur Propositiones.

Anno 1726. die 17. Julij *Minister Serenissimæ Imperatricis Russiæ D. Princeps Dołhoruki, in præsentia Domini Mannrichter*

Korff hujus Provinciæ Plenipotentiarÿ propoſuit Supremis Ducatûs Curlandiæ & Semigalliæ Conſiliarÿs.

1. UT Domini Supremi Conſiliarij per omnes Parochias notificent, quatenus omnes Deputati, qui ultimo congreſſui adfuerunt, electionem, Mauriciam annihilent, & hunc Candidatum eligant, quem Imperatoria Majeſtas proponet, quo in caſu Majeſtas ſua Imperatoria, non modo gratiam & protectionem ſuam ijſdem appromittit, & quòd ipſos velit taliter defendere, ne Provincia hæc dividatur,

, & ne ab aliquo impetatur; ac in super Imperatoria Majestas Russiæ vult Provinciam hanc circa antiqua Jura manutenere, Regionemquè hanc circa libertates & Jura sub Regimine Principis conservare.

2. Casu quo vero huic non consentient, habebunt locum promittendi sibi funestos exinde successus, quos vel maximè Supræmi Consiliarij experientur, inquos tanquam sese opponentes culpa caderet, siquidem Status Nobilitaris horum nulliter conscius est.

3. Si verò huic Consiliarij Supremi, uti Consveverant

ſeſe oppoſuerint, Tunc Imperatoria Majeſtas non modo ſuã protectionem huic Ditioni ſubtrahet, ſed etiam conſentiet in Diviſionem ac ultimam ruinam hujus Provinciæ, imo animabit Rempublicam ad majorem malevolentiam contra hanc Regionem, ac ſuis Viribus ad hoc concurret, quem in finem Imperatoria Majeſtas dedit in mandatis Generali de Bon, ut cum Regiminibus ſub commenda ejus exiſtentibus ad hos limites appropinquet, ibique ſeſe collocet, ſi circa pertinaciam ſuam perſiſterent, ut illos ad alias cogitationes diſponat.

Candidati ſunt ſequentes: Princeps inGermanlandiæ Mężykow; Principis de Holſztein Lubek Filius natu minor, uterq; Princeps Landgravius de Heſſen Hamburg, qui ſunt à ſervitijs Sacræ Imperatoriæ Majeſtatis.

Poſtulabant Supræmi Conſiliarij à Principe Doľhoruki præfatam propoſitionem ore tenus factam, in ſupra ſpecificatis punctis expreſſam, etiam in ſcriptis ſibi dari, meq; eum in finem adPrincipem miſerũt; à quo obtinui reſponſum per Dominum Uoſten, quod cum tam ſemel Celſiſſimus Princeps

Dolhoruki Credentiales su.
produxerit, non sit necessum
ut hæc puncta cum subscriptio-
ne sua extradãtur, & quod tan-
tum modo ex Idiomate Græ-
co in Germanicum traduci de-
beant, prout effective in Re-
sidentia Domini Uusten, præ-
sente Generositate Auditore
Rutheno, Domino Zentharo-
ve dictata fuerunt; quod ad mã-
datum Dominorum Supremo-
rum Consiliariorum propria
manu attestor. Mittaviæ Die
18. Julij Anno 1726.

Adam Berkman,
Cancellariæ Secr.

RESPONSUM
S. R. M. ad Literas Supremorum Consiliariorũ Ducat⁹ Curlandiæ &c. Datum Varsaviæ.

AUGUSTVS II.
REX. Poloniæ &c.

GEnerosi Fideliter Nobis Dilecti. Non sine justa Indignatione percipimus fidelitates Vestras Conventiculum quoddam, Mitaviæ ad finem mensis Junij non pridem ela-

psi

psi celebrasse, ibidemquè in convulsionem Jurium Nostrorum & Reipublicæ, contra pacta subjectionis, Juramentum fidelitatis, contraq; tot Regni Cõstitutiones, ac contra inhibibitionem Nostram per Generosum Nakwáski Capitaneum Ciechanowiensem à Nobis missum, vobis in tempore intimatam procedendo, de Evẽtuali Successore Principi Ferdinando disposuisse; quæ quidem attentanda prout prefatâ inhibitione Nostrâ cassaveramus, ita jam nunc attentata cassamus, annihilamus, nullumq; robur habere volumus. Quod

atti-

net propoſitiones Principis Ihoruki, Fidelitatibus Veſtris factas, & à Fidelitatibus Veſtris Nobis copiatim tranſmiſſas; quoniam materiam ſtatus in ſe continent, & earum reſolutio poteſtatem Fidelitatũ veſtrarũ excedit, ideo ad nos totamq; Rempublicam uti Dominos nunc directos remittendas eſſe volumus. Mandantes & præcipientes Fidelitatibus veſtris, ne cuipiã niſi Nobis & Reipublicæ uti Directis Dominis obtemperare præſumant. Promittimus autem Ducatibus Curlandiæ & Semigalliæ protectionẽ Noſtrã Regiã, quã à No-

bis Sereniſſimisquè Antec-
ſoribꝰ Noſtris hucꝰq; experti
daturos eoſq́; ab omni impet-
tione externorũ defenſuros pol-
licemur. De cætero fidelitates
veſtras benevalere cupimus da-
bantur. &c.

MEMORIALE

Mandato Sacræ Regiæ Majestatis Domini N. Clementissimi, & mente præsentis ad latus Regium Senatûs, Domino Bestuchow Ablegato Sacræ Czareæ Majestatis per Magnificum Thesaurarium Curiæ Regni porrectum Varsaviæ Die 13. Augusti, Anno 1726.

SAcra Regia Majestas Dominus meus Clementissimus informatus de Literis, & propositionib9, quas Princeps Basilius Dołhoruki,

Consiliarijs Supremis Curlandi parte Czareæ Majestatis dederat mul considerans quòd jidem siliarij uti subditi Regni Poloniæ n habeant potestatem acceptandi à quacunq; Potentiarum Externarum similes propositiones, eo magis Sacra R. M. admirata est progressum hujusce modi, quò Princeps Dolhoruki requisivisset status ejusdem Ducatus, nomine Principalis suæ, quatenùs ad Electionem novi Curlandici Principis accederent, & ut eundem de numero aliquorum Candidatorũ, quos illis proposuit eligerent.

Duæ sunt rationes quæ augent hancce admirationem Sacræ R.M. *Prima*, qualiter scilicet ejusmodi propositiones emanare unquam poterant ab Amica Aula, cui optime co-

gnita

sunt Jura indiſputabiliá Manifeſta, & poteſtas ſuprema, quam Regnum Poloniæ habet in Curlandiam? *Secunda*: Quod Princeps Mężykow ſeſe in numero prætenſorum Candidatorum poſuerit, & quodſi non eligeretur eidem Ducatui comminatꝰ fuerit Copijs Moſchoviticis?

Et quemadmodum ejusmodi paſſus apertè contrariantur ſtricto Fæderi, quod Regiam inter & Cżáream Majeſtates intercedit, tum contradicunt tam multis aſſecurationibus & Documentis, amicitiæ, quibus ſuá Majeſtas Czarea Regiam Majeſtatem perſequebatur; Ita Sacra R. M. iuſtè dubitare debet utrum id omne fiat ex mandato & cum ſcitu Czareæ Maieſtatis! qua propter habeo in mandatis à S.R.M. quærere ex Veſtra Domina-

minatione si ipsi sit aliqua hoc puncto Instructio? & qualis nam sit hac in parte sensus Sacræ Czareæ Maiestatis?

Quodsi itaq; hæc omnia non lateant Vestram Dominationem, acsi Vestra Dominátio eadem aperire velit, tunc non intermittam eorum omnium fidelem S.R.M. referre relationem, qui postea ponderábit mensuras, quæ ipsi acceptandæ forent.

Sed si fortè nullá hac in parte adest Vestrã Dominationẽ Cõmissio, tunc mihi est iniunctũ ut repræsentem Vestræ Dominationi in fiducia quòd hæc omnia referet Sacræ C.M., qualiter videatur summa admiratione dignum, Princeps Mężykow & Dołhoruki potuisse audere statibus Curlandiæ

diæ proponere, ut ſibi eligant Principem, & quòd maius, ut eundẽ eligant ſtante vita Principis Ferdinandi, & contra voluntatem S.R.M. Cum publicum & manifeſtum ſit Curlandiam eſſe Provinciam ſubjectam Regno Poloniæ, tum quia Sacra R.M. expreſſé ſtatibus illis inhibuiſſet, ne aliquem ejusmodi Actum attentare præſumerent, & quod Finaliter poſtquam in contrarium eidem inhibitioni Regiæ temeritate quadam punibili ſeſe inducere permiſiſſent ad Electionem aſſertam D. Comitis Saxoniæ Mauritij, Sacra Regia Majeſtas commiſit Miniſterio ſuo juxta Rigorem Legum procedendi, contra tantum auſum, tanquam manifeſtè contrarium naturæ Feudorum & Supremo directo Dominjo

minio Regni Poloniæ, tam Juramentis & pactis subjectionis, quibus ligata & subiecta est Provincia hæc Regno Poloniæ.

Jllud verò quòd Opinionem Sacræ Regiæ Majestatis confirmat, quòd scilicet hæ propositiones & comminationes per præfatos duos Principes factæ Curlandensibus, sint citra scitum. Sacræ Czareæ Maiestatis, est: quia minime concordat

1. Cum antiquioribus Tractatibus, quibus hæ Duæ potentiæ mutuò sese obstrinxerunt, non solum non fomentare Rebelliones inter subditos hujus vel alterius Dominii, sed etiam nullum asylum præbere ijs, qui de rebellione accusati essent.

2.

Quia concordant cum novis ...timarijs Tractatibus inter Poloniæ Regnum & Sacram Czaream Majestatem p: m: Petrum, ubi idem Monarcha expreſsè declarauit nullũ ſibi appropriare Ius ad Provincias Regno Poloniæ ſubjectas.

3. Quia non concordat cum declarationibus ſubſequenter ab eodem Sereniſſimo Czaro datis, per duos magnos Legatos Sacræ Regiæ Majeſtatis & Reipublicæ, ſcilicet per M. Dominum Wołłowicz Mareſchalcum ſupremum Magni Ducatùs Lithvaniæ & poſtea per Magnificum Dominum Chomentowſki protunc Palatinum Maſoviæ.

4. Quia non conveniũnt cum Legibus veræ Amicitiæ & bonæ Viciniæ

niæ quæ vetant amicum Vicini assumendi in protectionem aut fomentandi subditos alienos Contra proprium Dominum, quòd hucusq; fideliter abutrinquè observabatur, & vel maximè ex parte Poloniæ, quæ non modo rebellioni Ukrainensi ac mutationi Regiminis illius, quàm Sacræ Czareæ Majestati p. m. uisum fuit, Introducere, misceri noluit, verum etiam denegauit omnē Securitatem & asylum Incolis illius Provinciæ dum vitam salvando, eandem in Polonia quæsierant.

Sacra Regia Majestas est adeò persvasa de vera amicitia & æquanimitate Sacræ Czareæ Maiestatis, ut nullatenus dubitare possit, quin Sacra Czarea Maiestas in hacce Circumstantia non sit ejusdem cum

a Regia Majeſtate ſenſus, quòd ncipum Menzykow & Dołhoruki ropoſitiones de Curlandia, in omnibus præmiſſis Contraria, difficile cum juſta voluntate ſuæ Czareæ Maieſtatis convenire Valeant.

Quapropter habeo in mandatis a Sacra Regia Majeſtate Domino Meo Clementiſſimo requirendi Dominationem Veſtram ut hæc omnia quæ nunc expoſui referat Sacræ Czareæ Majeſtati, Eandemq; expoſcat, quatenùs mandatô ſuô expreſſô reprehendat ſupradictos Principes, ijsq; inhibeat, ne ulteriùs ſeſe negotiis, quæ unicé ſubiacendo diſpoſitioni Regni Polonorum, minimé pertinent ad Czaream Maie-

ſtatē, & multo minùs ad illos in-
ticulari. Prouti Sa: Regia Maieſtas
ſpenſari non poſſet, quin ſtatibus
Curlandiæ non inhibeat, ne propo-
ſitiones illorum audiant; ſimulq;
præventivè caſſet & annihilet id
omne, quidquid Curlandenſes in-
tuitu earundem propoſitionum
attentare præſumpſiſſent, ſicuti Caſ-
ſatum & annihilatum eſt illud,
quòd illegitimé fecerunt in favo-
rem Domini Comitis Saxoniæ.

Jnterea optimùm foret, ac Sacræ
Regiæ Majeſtati ſummoperè opta-
tum, Si Sacra Czarea Maieſtas hac
in Materia ſeſe declararè vellet,
tempeſtivè ante reaſſumptionem pro-
ximorum Comitiorum, ea de Cau-
ſa, ut ſtatus Rejpublicæ in hac
inqui-

ſtudine, quam minus amica-
ſ paſſus, utriusquè Principum præ-
ctorum, infallibiliter in ani-
mis eorum concitarent, paciſci poſ-
ſint, & ut eò faciliùs ijdem ſtatus
Reipubliciæ concurrant ad arripien-
da media Convenientia, pro ob-
viandis cunctis inconvenientiis, quæ
bonam harmoniam inter utramqué
Aulam alterare poſſent, Cuius Con-
tinuatio ex parte Poloniæ ſincerè
deſideratur, ac in præſentibus Cir-
cumſtantijs videtur ab utrinquè
perneceſſaria.

His quæ Veſtræ Dominationi ex-
ponendi honorem habui, adhuc
ex mandato ſuperaddendum habeo:
quòd ſi prætenſiones Illuſtriſſimæ
Principiſſæ Curlandiæ ſunt Cauſâ,
vel prætextûs Sacræ Czareæ Maie-
ſtati

ſtati, ad huncce Ducatum ſe terreſſandi, Intentio Sacræ Rè Maieſtatis; & Reipublicæ eſt, ut p' iuſtam deductionem & liquidationem, id quòd pars parti tenetur, bonificet & compenſet; Aſt hæ prætenſiones ſuprafatæ nullum Jus dare valent, vel unquàm dabunt cuipiam ad Curlandiam.